

# HABES

CORDATE LECTOR, SCHEDULARE MAGISTRATUVM, LIBELLUM QUIDE TER-  
SUM, ELEGANTEM, RARAE, AC RECONDITE DIS-  
CIPLINÆ, MAGISTRATUS Gallicus ad Ger-  
MANIA IURIS CIVILIS NORMAM PRISCIS RO-  
MIS INSTRUTORUM MAGISTRATIBUS CONFERENTEM:  
EX OPULENTISSIMO IURISCONSULTORI SCRIFI-  
NIO DE PROMPTUM COTROVERSIIS FORENSI-  
BUS ADDICTIS OPPIDO QUANECESSARIUM.  
QUE HUMANISSIME LECTOR VULTU PLAUSI-  
BILI EXCIPIAS, ALIENAM INDUSTRIAM LAU-  
DANDO MAGIS AD VIRTUTEM PROUOCANS,  
QUAM OBTRACTANDO DETERRENS.

## CVM PRIVILEGIO.

Prostat venalis hic liber magistratu-  
um Gallicum ad magistratus ROMA-  
NIOS, COLLATITIUS, APUD ILLUSTRE PARISIORU-  
M, IN AEDIBUS CARRONIAPRATI &  
IN REGALI PALATI VRBIS PARISIÆ.

1525.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVL.

esta en  
la viñeta  
de la  
se. ib.  
folio  
189.



RELIBAH.  
¶ Copia ex actuario sacri consistorij Parisiensis.



Entumularis senatus auctoritate pro illustri literarum  
amplitudine concessum est Galioto a prato Vniuersitas  
tis lutetiane Bibliopolę iurato, mandare typis libellum  
qui schedulare magistratuū inscribitur. Inhibēdo om̄  
nibus & singulis dictę Vniuersitatis Parisiensis, necnō  
ceteris Regni francisci Bibliopolis & chalcographis, ne infrabie-  
nium dictum libellum excudant, aut venditent, librorum dispens-  
dio feriendis, demum emendę arbitrarię subiugandis, qui senatus  
consulto prohibitorio inuercunda fronte reniti tentarint, vti patet  
apud curiæ actuarium, ex priuilegio sacro sancti senatus beneficen-  
tia, dicto Galioto concessio.



ALAM est præful vndiq; illustrissime Mo-  
sem iurecōsultos inter om̄es summū semper  
habitū fuisse, qui facie ad faciē a Deo Optimo  
tanq; amicus ab amico iurisprudētiā edoctus  
est, cuiusquidē peritiē Beronianū seculare etiā  
testimoniū nobis satis perhibet, dū cancrem  
illū inter pharaones maximū Mosis ipsius iu-  
risprudentia (quā magjā dicit) in rubro mari  
occubuisse, fidelissime refert, diuin⁹ hic fuit iurecōsultus, cui suas iū-  
sticias & iudicia primo manifestauit dñs, & vt scirēt gētes quoniā  
hoīes sūt israeli populo dei honoratissimo legislator cōstitutus est,  
nec diuino atq; hūano decore vndiq; suffulcus aliquā elatus est, sed  
inde hūiliori māsuetudine p̄claruit qui diuinitus mortaliū oīm man-  
suetissimus nācupatus est. Obsecramus itaq; vt Mosis ipsi⁹ hoīs dei  
more tua in nobis sic benignitas appareat, & vt ietro seu Raguellē  
illū madianitarū æthiopū iurecōsultū vel sacerdotē dē iudiciorum  
morib⁹ loquētē audire nā erubuit. Sic me pusillū iuriscriptorē tue-  
ri nō recuses, q; si tutella tāti viri iudicio scripta nr̄a indigna sint, no-  
mini tuo dans gloriā secūdū māsuetudinis tuę multitudinē nobis  
cū facies, vt illius sabarū Reginę inclytissimū respōsum de te magis  
p̄clametur, q; diffisū tuę prudētię atq; humanitatis rumorē veritas  
etiā ipsa supereret. Erit itaq; tui noīs patronat⁹ scriptis nr̄is tanq; gala-  
ditarū milicia deuictio, & fugēti effraim Iordanis vada p̄occupans  
atq; inuidiā qua feruēs ipse effraim arma sup̄serat strēnuissime vin-  
dicās cui⁹ insimulatū effraim liuorē subtili studio atq; solertia vni-  
co syllabe sono satis galaditę agnouerūt cū sebbolet sed chebolet ip-  
se liuid⁹ effraim p̄ferre nō valeret. Sic ad tui noīs aduocationē des-  
uicti fugient, & iugulētur detractionū periti linguarū magisq; anię  
& sensuū eruditioē semp̄ curātes & cupide legū iuuēuti protuī  
noīs gloria supersit scriptorū nr̄orū gratissimū studiū & cōmodissi-  
ma lectio p̄ quā ex scholis adhuc iuuenes palatia ingrediētes, tāq;  
docti scribē seu iam legū periti p̄ iūbus familias similes efficiētur de  
thesauro suo noua & vetera p̄ferētes, nouas quidā praxis forenses  
agnitiones cum veteribus scholasticis traditionibus & scriptis sche-  
dulari quadam dispunctione inuicem conferendo.

Vale;

# DE TRIBVNO CESTERVM, ET PRINCIPE PALATII FRANCIAE.



ON SOLVM ANTIQVAE, SED CAPTIVAE etiam ad inuentionis putanda sunt hæc officia tribunatus celerum, & palatini principatus. Sed quoniā ciuilis animus, seu intellectus inde optimus effici dicitur, quia non tantum vtilia requirit; sed etiam respuenda discernere desyderat, in. l. ii. versi. Sed huius operis ibi qui nihil vtile, vel nouum inuenientes optimo animo respuerunt, de vet. iur. encl. c. Ideo quasdam etiam inciuiiles administratiōes scrutandas p̄eponemus, quibus agnitis ex cōtrariorum disciplina posterior sit noster ciuilis intellectus, & etiam magis cōplebitur hæc nostra schedula, si recognitioni magistratuū scripto iure memoratorum minus restet addendum, arg. l. Cum sylleianum, de his qui. vt indig. c. Itaque potissimum in republica magistratus in origine iuris hic celerū tribunatus conscribitur, in. l. ii. §. qd' ad magistratus attinet, de orig. iu. ff. quod exoletū extitit officiū. vnde ipsum etiā exoletē administratioi, puta palatino prīcipatui, rite exequāmus, cum etiam in origine, medio, & exitu seu fine conueniant: quia v̄ triusq; ferme eadem comperiuntur cōscriptio gesta: & idem opus inde procedens secundum veram cognitionem ciuilium intentiōnum, arg. §. quæsum est, circa finem, de equalita. dot. colla. vii. Sed vt captiosa inciuitas horum antiquorum magistratuū appareat, & vt sileat perniciofa instauratio illorum breuitatis p̄e gaudio dicamus quod hæc tanta officia in republica usurpati iuris erant, & regii culminis attētatiua. Quod cum Romana ciuitas regibus fundata dicatur a sui initio: vt in. l. ii. §. quod ad magistratus attinet, de orig. iu. ff. siue ab Aenea, siue a Romulo initium assumamus, diu ante cesariēsem/vel augustinam imperatorum erectionem: prout triplex Romanorū regalis origo scribitur in aucten. vt p̄epo. no. imperato. colla. v. Ideo sacre partes/ seu summa potestas ad principem & non ad ipsum populum originaliter pertinere satis intelli-

Bi